quidem acquirendi invenire haud difficile erit, quippe manifeſti iuris eſt, ſeruitutes in alieno territorio aut antiqua Imperatoris inueſtitura priuilegioue, aut ipſius Principis territorialis indulgentia aut antiqua poſſeſſione acquiri [9]). Quid autem ſeruitute trahendi nauigii in flumine

9) CAROLVS IV *tabulis anni 1376.* Archiepiſco Treuirenſi ap. LVNIGIVM *Corp. Iur. feud. T. I. p. 386.* confirmat *iurisdictionem et conductum ſuper fluuium Moſellae vna cum Strata eius vtrobique dicta Linpadt.* Addi poteſt *charta anni 1492.* quam exhibet HONTHEIM *hiſtor. Trevir. T. II p. 498.* Electores Moguntini inueſtiuntur apud LVNIG *Arch. Imp. Vol. XVI. p. 53. aquis aquarumque decurſibus tam Rheni, quam Moeni, ripis et fluminibus, in iisdem nauigandi transportandique iuribus, et iurisdictionibus omnimodis.* Itaque apud GVDENVM *T. IV. num. 221. p. 466.* ita aiunt: *Flumen Magni ſiue Mogani licet inter alia regalia iura ad nos eccleſiamque noſtram Moguntinam pertineat, tutelaque ipſius et ius ſalui conductus ac vectigalium, et praeterea Strata ſiue via publica, quae ad vtramque fluminis ripam ducit.* Quantae autem lites Moguntinum inter et vicinos Principes ex illo ipſo Moeni et Rheni iure natae fuerint, meum non eſt enarrare. Breui haec addam. Moguntinus Elector ex priſcis inueſtituris omnem fere magiſtratum, in Moeno eiusque ripis ſibi attribuit, nauigium inprimis vehendis quotidie Francofurtum ac reuehendis mercibus perſonisue Marktſchiff vulgo dictum inſtituit, cuius non reditus ſolum omnino ſatis amplos, percipit; ſed omnem etiam huius nauigationis iurisdictionem ac conductum in vicinorum adeo Principum territoriis exercet. In *transactione anno huius ſeculi decimo octauo* inter Electorem Moguntinum et Haſſorum Principem cautum fuit: *„Zweitens „wollen wir der Markgraf zu Heſſen-Darmſtadt, das von Maynz täglich „auf Frankfurt hin und hergehende Schiff ſamt deſſen Anhängen in und „auſſer der Meſzeit als ein freiprivilegirte Marktſchiff hinkünftig ohne „weitere Contradiction erkennen, folglich uns ſo wenig über daſſelbe deſſen „Geſchirr und Knecht, wenn dieſe auch auf dem durch unſer des Landgrafen zu Heſſen-Darmſtadt Gebiete gehenden Leinpfade etwas verbrechen „ſollten, als die darinnen befindlichen Waaren, Perſonen und Zugehör einiger Cognition auf dem Waſſer, es ſey auf welcher Seiten des Fluſſes es „wolle, anmaſen, ſondern alle dergleichen Verbrechen dem Chur-Maynziſchen Foro zu Höchſt zur Beſtrafung überlaſſen, weniger nicht des Herrn „Churfürſtens zu Maynz Lbd und Dero Erzſtift das ius conducendi auf „Maynz, wie Sie daſſelbe in denen Markt und andern Schiffen hergebracht, „jedoch ſoviel die Heſſiſche Helfte des Fluſſes betrifft, nur per modum ſeruitutis, mit allen vtilibus und appertinentiis eingeſtehen, den Leinpfad nach „dem Herkommen nothdürftig unterhalten, auch nichts zum Nachtheil der „Schiff-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden